citè, & liberè levare valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali dono gratię indulgemus. Non obſtantibus Lateranenſis Concilij, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini milleſimo quinquageſimo primo, ſextodecimo Kalendas Decembris. Pontificatus noſtri anno decimo. Adrianus. Regiſtrata apud me Adrianum, &c.

BULLA BENEDICTI XIV.

in qua declaratur juriſdictio Epiſcoporum in Eccleſias Parochiales Regularium pro Indiarum Regionibus. Data Romæ anno 1745. die 24. Februarij.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Num. IX. QUamvis ad confirmandum Eccleſiaſtici regiminis ordinem, ſuperiori Pontificatus noſtri anno, videlicet octavo, Idus Novembris 1744. Apoſtolicas Litteras ediderimus, quarum initium eſt: *Firmandis, atque aſſerendis*, in quibus non modò Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi Decretis, ac Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Conſtitutionibus inhærentes, juriſdictionem Epiſcoporum in omnes, & quoſcum-

pales. No obſtante el Concilio Lateranenſe, y otras Conſtituciones, y Ordenanzas Apoſtolicas, y todas, y qualeſquiera coſas contrarias. Por tanto, no ſea licito de modo alguno à ningun hombre, que quebrante eſta nueſtra conceſsion, ni temerariamente ir contra ella; y ſi alguno lo preſumiere intentar, conozca, que incurrirà en la indignacion de Dios Omnipotente, y de los Santos ſus Apoſtoles San Pedro, y San Pablo.

Dadas en Roma en San Pedro à diez y ſeis de Noviembre, año de la Encarnacion del Señor mil quinientos y uno. El decimo de nueſtro Pontificado. Adriano. Regiſtrada. Ante mì, Adriano.

BULA DE BENEDICTO XIV.

en la qual ſe declara la juriſdiccion, que tienen los Obiſpos en las Igleſias Parroquiales, que exercen los Religioſos en las Indias. Su data en Roma año de 1745. à 28. de Febrero.

BENEDICTO OBISPO,

SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS,

Ad perpetuam rei memoriam.

AUnque para confirmar el orden del gobierno Eccleſiaſtico, expedimos nueſtras Letras Apoſtolicas, que empiezan: Firmandis, atque aſſerendis, *en el año anterior de nueſtro Pontificado, ſu data à 8. de los Idus de Noviembre de 1744. en las quales arreglandonos, no ſolo à los Decretos del Sacro Concilio de Trento, y à las Conſtituciones de los Pontifices Romanos, nueſtros Predeceſſores, eſtablecimos la juriſdiccion de los Obiſpos en todos, y qualeſquie-* *Num. IX.*

NUM. IX. cumque Regulares Animarum Curam perſonarum ſæcularium exercentes,conſtabilivimus;verùm etiam judicia ſequentes in peculiaribus controverſiis probata à Congregationibus Generalibus Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalium Eccleſiſticis diſcutiendis negotiis auctoritate Apoſtolica præpoſitorum, certos, & congruos limites conſtituimus, quibus tum Epiſcopalis auctoritas in prædictorum Regularium Eccleſias, atque perſonas, tùm exemptiones in hujuſmodi rerum genere ab ipſis Regularibus prætenſæ, & pluribus in caſibus eiſdem debitæ, continerentur: Has tamen alteras parì auctoritate Litteras adjicere compellimur, ut hac ipſa in re Parochialium etiam Eccleſiarum, quæ in Indiarum Regionibus ſunt, optimo regimini, atque utiliori adminiſtrationi quantum cum Domino poſſumus, ſimiliter conſulamus.

Sanè ubicumque Animarum Cura perſonarum ſæcularium annexa ſit Monaſteriis, ſeu Domibus Regularium virorum, ſive mulierum, quicumque hujuſmodi Curam exerceat, ſive is Regularis, ſive Sæcularis Sacerdos exiſtat, in his, quæ pertinent ad ipſam Curam, & ad Sacramentorum adminiſtrationem,Epiſcopi Diœceſani juriſdictioni, viſitationi, & correctioni ſubeſſe debet; ipſo jubente Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regularibus*, per hæc verba: *In Monaſteriis, ſeu Domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet Animarum Curam perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu Locorum familia, perſonæ tam Regulares, quàm Sæculares hujuſmodi Curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſunt ſita.* Cujus etiam Concilii providentiâ ulteriùs ſtatutum eſt, ut nemo ad animarum Curam in prędictis Eccleſiis, etiam ad tempus, ſivè amovibilitèr ad nutum, exercendam, admittatur, vel deputetur, abſque conſenſu Epiſcopi, & ſine examine coram ipſo, vel coram ipſius Vicario antea faciendo; ſic enim decrevit: *Nec*

quiera Regulares, que exercen la Cura de Almas de perſonas Seculares; ſino que tambien, ſiguiendo los dictamenes, dados en eſtas peculiares controverſias, por las Congregaciones generales de nueſtros venerables hermanos Cardenales de la Santa Igleſia Romana, deſtinados por autoridad Apoſtolica, para examinar los negocios Ecleſiaſticos; ſeñalamos ciertos, y proporcionados limites, en los quales ſe comprehendieſſen, tanto la autoridad Epiſcopal en las Igleſias, y perſonas de los dichos Regulares, como las exempciones pretendidas pore llos en eſte aſſumpto, las quales ſe les deben guardar en muchas ocaſiones. Ahora nos hallamos obligados à expedir las preſentes Letras, con igual autoridad, para providenciar tambien ſobre lo miſmo, con todos los eſfuerzos poſsibles, acerca del mejor régimen, y mas util adminiſtracion de las Igleſias Parroquiales, que hay en las Regiones de las Indias. Num. IX.

Por lo qual, en qualquiera parte, que la Cura de Almas de perſonas Seglares eſtè anexa à Monaſterios, ò Caſas de Varones, ò Mugeres Regulares, qualquiera que tenga el dicho cuidado, bien ſea Sacerdote Secular, ò Regular, debe ſujetarſe en todo lo perteneciente à el miſmo cuidado de Almas, y adminiſtracion de Sacramentos, à la juriſdiccion, viſita, y correccion del Obiſpo Dioceſano, por diſponerlo aſsi el Sacro Tridentino Concilio en la ſeſſ. 25. cap. 11. de Regularibus, *donde dice aſsi*: En los Monaſterios, ò Caſas de Varones, ò Mugeres, à quienes toca la Cura de Almas de perſonas Seglares, (ademàs de aquellas, que ſon de la familia de los miſmos Monaſterios, ò Lugares) las perſonas, aſsi Regulares,como Seculares, que tengan dicho cuidado, eſtèn ſujetas inmediatamente, en lo perteneciente à Cura de Almas,y adminiſtracion de Sacramentos, à la juriſdiccion, viſita, y correccion del Obiſpo, en cuya Dioceſi eſtèn dichos Monaſterios. *Y deſpues, por providencia del miſmo Concilio, ſe eſtableciò, que no ſe admita, ni deſtine perſona alguna para la Cura de Almas en las dichas Igleſias, aunque ſea amovible, ò por tiempo determinado, ſin el conſentimiento del Obiſpo, y ſin preceder ſu examen, ò de ſu Vicario; dice aſsi*: Ni tampoco ſe deſtinen, ò envien alli perſonas, aunque ſean amovibles, ſi-

NUM. IX. *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, niſi de ejuſdem conſenſu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo,*

Equidem aliàs beatę memoriæ Prædeceſſori noſtro Sancto Pio Papæ V. ex parte claræ memoriæ Philippi II. Hiſpaniarum Regis Catholici expoſito, quod in partibus Indiarum Maris Occeani propter deficientiam Presbyterorum, officia, & munia Parochialia à Religioſis viris exercebantur, qui, magno animarum fructu, Indorum converſiones promovebant, & Eccleſiæ Sacramenta eiſdem adminiſtrando, ac Verbum Dei prædicando, & explicando, Religioni, ac pietati utilem navabant operam; idem Pius Prædeceſſor, ſupplicationibus ſuper hoc ex parte dicti Philippi Regis humilitèr ſibi porrectis, inclinatus, per ſuas Litteras incipientes: *Exponi Nobis,* datas apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIV. Martii anno MDLXVII. omnibus, & ſingulis Religioſis, quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, in eorumdem Ordinum Monaſteriis, vel de ſuorum Superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipſarum partium eis de ſimili licentia aſsignatis, vel aſsignandis, officium Parochi Matrimonia celebrando, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrando, prout eatenùs conſueverunt, (dummodo ipſi in reliquis ejuſdem Concilii Tridentini formam obſervarent) exercere, & Verbum Dei quatenùs Indorum illarum partium Idioma intelligerent, de ſuorum Superiorum licentia in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, prædicare, ac Confeſsiones audire, liberè, & licitè valerent, ſecluſa etiam Ordinariorum locorum licentiâ, per hæc expreſſa verba: *Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licentiâ minimè requiſitâ,* facultatem auctoritate Apoſtolica conceſsit, & indulſit: Volens inſuper, & eadem auctoritate ſtatuens, *ne in locis dictarum partium, in quibus eſſent Monaſteria Religioſorum, qui Animarum Curam exercent, aliquid per Epiſcopos innovaretur.*

Ve-

ſino que ſea con el conſentimiento del Obiſpo, y precediendo el correſpondiente examen por sì, ò ſu Vicario. Num. IX.

Y haviendoſe expueſto à nueſtro Predeceſſor, de piadoſa memoria, San Pio Papa V. por parte del memorable Phelipe Segundo, Rey Catholico de las Eſpañas, que en las partes de las Indias del Mar Occeano, por falta de Presbyteros, ſe exercian los Parroquiales Oficios por Varones Religioſos, quienes con grande fruto de las Almas, procuraban las converſiones de los Indios, adminiſtrandoles los Sacramentos, y trabajaban con conocida utilidad, y aumento de la piedad, y Religion Chriſtiana, predicando, y explicando la palabra de Dios: El miſmo Pio predeceſſor nueſtro, inclinado à las ſuplicas hechas con humildad ſobre eſte aſſumpto por parte del dicho Rey Phelipe; por ſus Letras, que empiezan: Exponi Nobis, *dadas en San Pedro, baxo del Anillo del Peſcador, à 24. de Marzo de 1567. concediò, y diò facultad con authoridad Apoſtolica à todos, y cada uno de qualeſquiera Religioſos, aun de las Ordenes Mendicantes, que habitaſſen en dichas partes de las Indias, en los Monaſterios de ſus reſpectivas Ordenes, ò aunque eſtuvieſſen fuera, pero con la licencia de ſus Superiores, para que libre, y licitamente pudieſſen exercer el oficio de Parroco en los Lugares ſeñalados, ò que ſe ſeñalaſſen por ſus Superiores, celebrando Matrimonios, y adminiſtrando los Ecleſiaſticos Sacramentos, como haſta entonces havian acoſtumbrado, (con tal, que en lo demàs ſe ajuſtaſſen à la forma del Concilio Tridentino) y tambien pudieſſen predicar (ſupueſta la licencia dada por ſus Superiores en los Capitulos Provinciales) en la lengua, que pudieſſen ſer entendidos por aquellos Indios, y para que tambien pudieſſen confeſſarlos, ſin ſer neceſſaria otra licencia de los reſpectivos Ordinarios; pues en las expreſſadas Letras dice eſtas palabras:* Sin que de ningun modo ſe requiera la licencia de los Ordinarios de los Lugares, ni de otros qualeſquiera; *queriendo deſpues, y eſtableciendo con la miſma autoridad lo ſiguiente:* Que no ſe innovaſſe coſa alguna por los Obiſpos en los Lugares, y partes donde huvieſſe Conventos de Religioſos, que tuvieſſen à ſu cargo el exercicio de Cura de Almas.

Pe-

BIBLIOTECA PUBLICA DE NUEVO LEON

NUM. IX.

Verùm hujuſmodi Privilegium, ſive Indultum à Sancto Pio Prædeceſſore, ut præfertur, conceſſum, immutatis forſan rerum circunſtantiis, executione, & effectu caruiſſe oportet. Siquidem apertè conſpicimus Epiſcopos prædictarum Regionum, non multos poſt annos, ſuam in præmiſsis auctoritatem, & juriſdictionem reſumpſiſſe. Etenim in primo Synodo Limana Provinciali anno Domini 1532. celebrata, præſidente in ea Sancto Turibio, tunc, dum in humanis agebat, Eccleſiæ Limanę Archiepiſcopo, ipſius Synodi *cap.* 16. ità expreſsè cautum reperimus: *Nullus poſthac Clericus Parochiam Indorum abſque Epiſcopi collatione ſuſcipiat, vel adminiſtret: qui aliàs ſuſceperit, etiamſi proprio Rectore Parochia deſtituta ſit, anathemate feriatur. Idem à Regularibus obſervetur.* Eidemque Limanę Synodo conſonat Provincialis itidem Synodus Mexicana anno Domini MDLXXXV. ſub bonæ memoriæ Petro Moya de Contreras Archiepiſcopo congregata, & ſucceſsivè, nempè anno MDLXXXIX. ab Apoſtolica Sede examinata, & approbata, quæ ſub titulo: *De Viſitatione propriæ Provinciæ*, §. *III.* ſtatuit, ut infra, videlicet: *Viſitent Epiſcopi Eccleſias, & quas doctrinas vocant, ſeu conditiones, ubi Religioſi commorantur, &c. Viſitent etiam Religioſos in prædictis Doctrinis, ſeu conditionibus degentes, quoad Animarum Curam, quam exercent, eoſque paterno zelo corrigant, eorum honori, & bonæ famæ proſpiciant, atque id omne præſtent, quod ad effectum ejuſmodi neceſſarium ſit, juxta Decretum Sacri Concilij Tridentini*; Collimantibus in eumdem ſcopum his, quæ præſcribuntur inferiùs *tit. de Regularibus, & Monialibus*, §. *XIX.* ibi: *Juxta id, quod à Concilio Tridentino decretum eſt, & per Schedam Regiæ Majeſtatis diſpoſitum, Regulares, qui Indorum Curam gerunt, ab Ordinariis viſitari, eiſdemque ſubditi eſſe debent, tàm quoad Doctrinam edocendam, quàm quoad Sacramenta adminiſtranda.*

Quamvis verò ſubinde à piæ memoriæ Gregorio Papa XIV. Prædeceſſore quoque noſtro aliæ Apoſtolicæ Litteræ, quarum initium eſt: *Quantum Animarum*, aliæque incipientes: *Exponi*

Num. IX.

Pero el referido Privilegio, ò Indulto, concedido (como queda dicho) por San Pio, predeceſſor nueſtro, acaſo haviendoſe mudado las circunſtancias de las coſas, huvo de convenir, que huvieſſe dexado de practicarſe; porque claramente conocemos, y ſabemos, que los Obiſpos de las dichas Regiones, de pocos años à eſta parte, han reaſſumido ſu juriſdiccion, y autoridad en las coſas arriba expreſſadas; pues en el primer Concilio Provincial, que ſe celebrò en Lima el año de 1532. *y fue preſidido por Santo Toribio, que entonces ſe hallaba Arzobiſpo de dicha Ciudad, hallamos, que en el Capitulo XVI. de aquel Concilio, expreſſamente ſe eſtableciò lo ſiguiente*: Ningun Clerigo reciba, ni adminiſtre de aqui en adelante Parroquia de Indios, ſin la Colacion del Obiſpo; y el que de otra manera lo executare, (aun hallandoſe la Parroquia deſtituida de Rector) ſea excomulgado; y lo miſmo ſe obſerve por los Religioſos. *Y deſpues el Concilio Mexicano, congregado el año de* 1585. *por Pedro de Moya, y Contreras, Arzobiſpo; y ſucceſsivamente examinado, y aprobado por la Silla Apoſtolica el año de* 1589. *concuerda con el citado Concilio de Lima: tratando del titulo de Viſitacion de ſu Provincia, à el* §. 3. *dice aſsi*: Los Obiſpos viſiten las Igleſias, y las que llaman Doctrinas, ò Condiciones, donde habitan los Religioſos, &c. Viſitar tambien à los Religioſos, que habiten en las dichas Doctrinas, por lo perteneciente à la Cura de Almas, que exercen, y los corrijan con paterno zelo, mirando por ſu honor, y buena fama, y poniendo todos los esfuerzos neceſſarios para dicho efecto, ſegun los Decretos del Sagrado Concilio de Trento::: *Alegandoſe à eſto lo que deſpues ſe halla en el titulo de los Religioſos, y Religioſas à el* §. 19. *en las ſiguientes palabras*: Segun lo decretado por el Concilio de Trento, y diſpueſto por Real Cedula de S. M. los Religioſos, que adminiſtran en las Indias la Cura de Almas, deben ſer viſitados por los Ordinarios, y eſtàr ſujetos à ellos, tanto para la enſeñanza de Doctrina, como por lo tocante à la adminiſtracion de Sacramentos.

Y aunque deſpues ſe hayan expedido en el año de 1591. *diferen-*

NUM. IX. *Nobis*, anno MDXCI. emanaverint, per quas ſuperiùs relatæ Sancti Pii Prædeceſſoris Litterę confirmatæ fuerint, & innovatæ; quum tamen fœlicis recordationis Prædeceſſor pariter noſter Clemens Papa VIII. per ſuas Litteras in ſimili forma Brevis ſub die VIII. Novemb. anni MDCI. expeditas, quæ incipiunt: *Religioſorum quorumcumque*, in forma ſpecifica confirmaverit, & approbaverit reſolutionem Congregationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, per quam firmatum extiterat: *Regulares, qui ab eorum Superioribus nominati, & à locorum Ordinariis, ſeu eorum Officialibus approbati, ad Animarum Curam in Indiarum partibus exercendam ob penuriam Sacerdotum Sæcularium, mitterentur, non quidem habendos, & reputandos eſſe, tamquam Regulares extra Clauſtra vitam degentes; ſiquidem aliquot per ſingulas hebdomadas diebus ab Eccleſiis ſibi commiſsis diſcedentes in propriis Religioſis Domibus verſabantur; ſed in concernentibus Curam Animarum Ordinario Loci ſubeſſe; in reliquis verò, non Ordinario loci, ſed ſuis Superioribus ſubjectos remanere, de quorum licentia extra Clauſtra degunt.* Quum deinde ſimilis recordationis Gregorius Papa XV. etiam noſter Prædeceſſor in ſua generali, & perpetuò valitura Conſtitutione, quæ incipit: *Inſcrutabili*, per quam omnes indiſtinctè Regulares Animarum Curam Sæcularium perſonarum exercentes, aut quoquo modo Sacramenta adminiſtrantes, Epiſcoporum viſitationi, & correctioni ſubjecit; quibuſcumque contrariis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, & cujuſvis alterius Inſtituti, etiam neceſſario, & in individuo exprimendi, necnon ſtatutis, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, indultis, etiam in corpore juris clauſis, aut ex cauſa, & titulo oneroſo conceſsis, etiam Mari magno, ſeu Bulla Aurea, aut aliter nuncupatis, ſpecialitèr, & expreſsè de Apoſtolicæ poteſtatis ple-

tes Letras Apoſtolicas por nueſtro Predeceſſor Gregorio Papa XIV. de piadoſa memoria, que unas empiezan: Quantum animarum; *y otras*: Exponi nobis, *por las quales ſe confirmaron, y innovaron las expreſſadas Letras de nueſtro Predeceſſor San Pio. Y haviendo tambien el Papa Clemente VIII. de feliz memoria, confirmado, y aprobado (por ſus Letras, en forma de Breve, expedidas en el dia* 8. *de Noviembre de* 1601. *que comienzan*: Religioſorum quorumcumque) *la reſolucion de la Congregacion de Cardenales de la Santa Madre Igleſia, celebrada à conſulta de los Obiſpos, y Regulares, por la qual eſtaba determinado*: Que los Religioſos, que ſiendo nombrados por ſus Superiores, y aprobados por los Ordinarios de los Lugares, ò ſus Vicarios, fueſſen enviados para exercer la Cura de Almas à las partes de Indias, por falta de Sacerdotes Seculares, no fueſſen tenidos, ni reputados, como ſi vivieſſen extra Clauſtra, ò fuera de ſu Convento; porque algunos vivian varias temporadas en ſus Monaſterios, ſeparandoſe de las Igleſias, que les eſtaban encomendadas; y aſsi en todo lo tocante à la Cura de Almas, eſtuvieſſen ſujetos al Ordinario de aquel Lugar; y en las demàs coſas permanecieſſen baxo la diſpoſicion, y juriſdiccion de ſus Superiores, y Prelados, de cuya orden, y licencia vivian fuera de ſus Monaſterios. *Y haviendo deſpues nueſtro Predeceſſor Gregorio Papa XV. en ſu Conſtitucion general, y para ſiempre valedera, que empieza*: Inſcrutabili, *ſujetado, ſin diſtincion, à la viſita, y correccion de los Obiſpos à todos los Religioſos, que exercian la Cura de Almas de perſonas Seculares, ò de qualquier modo adminiſtraban los Sacramentos; derogando eſpecial, y expreſſamente (en uſo de la poteſtad Pontificia) qualeſquiera Conſtituciones contrarias, y Ordenanzas Apoſtolicas, concedidas en favor de qualeſquiera perſonas, y Ordenes, aſsi Mendicantes, como no Mendicantes, ò Militares, aunque ſea la de San Juan de Jeruſalèn, Congregaciones, Compañias, ò otro qualquiera Inſtituto, ſin que obſten qualeſquiera eſtatutos, coſtumbres, aun immemoriales, exempciones, ò Indultos, aun comprehendidos en el Cuerpo del Derecho, aunque ſean conſeguidos por cauſa, ò* Num. IX.

 ti-

NUM. IX.

plenitudine pleniſsimè derogaverit. Quum inſuper noſter quoque Prædeceſſor Innocentius Papa X. in ſuis pariter Litteris Apoſtolicis anno MDCXLVII. datis, quæ incipiunt : *Cum ſicut accepimus*, confirmans præfatæ Congregationis reſolutionem editam in Cauſa *Angelopolitana* Indiarum Occidentalium Novæ Hiſpaniæ, approbaverit ipſius Congregationis ſententiam, quæ ad propoſitum dubium : *An Bulla Pii V. la 34. in ordine* (ea nimirum, cujus Nos ſuperiùs meminimus) *conceſſa inſtante, & ſupplicante Sereniſsimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium ſit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur?* Reſpondit : *Agendum cum Sanctiſsimo, an velit declarare, Bullam non eſſe revocatam; illam tamen non ſuffragari, niſi in locis, ubi eſt defectus Parochorum.* Quum denique ipſi Catholici Hiſpaniarum Reges, de Sacrorum Canonum obſervantia optimè meriti, & de Tridentini Concilii executione ſoliciti, Epiſcopis per Indias ſibi ſubjectas conſtitutis opem, auctoritatemque præſtiterint, ut legitima juriſdictione in Regulares Animarum Curam exercentes in ſuis reſpectivis Diœceſibus pacificè fruerentur : jam conſtat, ipſis fatentibus Hiſpaniæ Nationis Scriptoribus, neminem ex Regularibus nunc in iis Regionibus ad obeunda Parochialia munia in perſonas Sæculares admitti, niſi prævio examine, & approbatione Epiſcoporum Localium, ſive ipſorum reſpectivè Officialium; & tam Concilii Tridentini Decreta, quàm Romanorum Pontificum Conſtitutiones hujuſmodi Decretis conſentaneas in prædictis Regionibus ſuum robur, & obſervantiam obtinere.

Neque porrò in Indiis Orientalibus ignota ſunt eorumdem Apoſtolicorum, & Conciliarium Decretorum ſtatuta : ſiquidem ex Civitate Goana, celeberrimo in Indiis Orientalibus Luſitaniæ Regno ſubjectis Emporio, nuperrimè accepimus, venerabilem fratrem modernum ipſius Civitatis Archiepiſcopum, ipſo præſertim favente chariſsimo in Chriſto filio noſtro Joanne illuſtri Portugalliæ, & Algarviorum Rege, cujus perſpecta pietas, & Ec-

cle-

Num. IX.

titulo oneroſo, y llamados Mare magnum, *ò Bula de Oro. Y como tambien nueſtro Predeceſſor Innocencio X. en ſus Letras Apoſtolicas, dadas el año de* 1647. *que empiezan:* Cum ſicut accepimus, *confirmando la reſolucion de la expreſſada Congregacion, dada en la Cauſa Angelopolitana de las Indias Occidentales de la Nueva Eſpaña, aprobaſſe la Sentencia de la miſma Congregacion en la referida duda*: Si la Bula 34. en orden de Pio V. (*que es de la que dexamos tratado*) concedida, no à peticion de los Religioſos, sì à inſtancias, y ſuplicas del Sereniſsimo Rey Catholico, ſe halle revocada por las Bulas de los Sumos Pontifices, que mitigan las exempciones de dichos Religioſos? *A lo que reſponde, diciendo*: Que ſe ha de tratar con el Santiſsimo Padre, ſi acaſo quiere declarar, que la Bula no ſe ha revocado; pero que no debe tener efecto, ſino en los Lugares donde haya falta de Parrocos: *y como finalmente los miſmos Reyes Catholicos de las Eſpañas, ſolicitos de la obſervancia de los Sagrados Canones, y deſeoſos de que ſe guarde el Concilio de Trento, hayan preſtado ſu ayuda, y favor à los Obiſpos conſtituìdos en ſus Indias, para que tengan pacificamente la legitima juriſdiccion en los Religioſos, que exerzan la Cura de Almas en ſus reſpectivas Dioceſis, y yà conſta, ſegun confieſſan, y publican los miſmos Eſpañoles Eſcritores, que no ſe admite en dichas Regiones ningun Regular à que exerza los cargos Parroquiales, para con las perſonas Seculares, ſin que preceda el correſpondiente examen, y aprobacion de los Obiſpos de aquellos Lugares, ò de ſus Vicarios, ò Oficiales reſpectivos; y que en las miſmas Regiones ſe guardan, y obſervan con todo rigor, y obſervancia, tanto los Decretos del Tridentino Concilio, como las Conſtituciones de los Romanos Pontifices, que los confirman.*

Y à la verdad, que los Eſtatutos de los miſmos Conciliares, y Apoſtolicos Decretos no ſe ignoran en las Indias Orientales: pues de la Ciudad de Goa, Emporio celeberrimo de las Indias Orientales, ſujetas à el Reyno de Portugal, hemos ſabido ahora nuevamente, que el venerable hermano Arzobiſpo de dicha Ciudad, ayudado de nueſtro chariſsimo hijo en Chriſto Juan, iluſtre Rey de Portugal, y de los Al-

gar-

Num. IX. cleſiaſticæ diſciplinæ zelus, hac etiam in re clariſsimè emicuerunt, atque adjuvante dilecto filio nobili Viro Marchione Caſtri-Novi in prædictis Regionibus Pro-Rege, ac ſtrenuo Regiæ voluntatis Adminiſtro; conceſſam ſibi à Tridentina Synodo juriſdictionem, & facultatem, quoad examen, & approbationem Regularium ad Animarum curam perſonarum Sæcularium deputatorum, intra Diœceſis ſuæ fines, pleniſsimè, ut par erat, exercuiſſe.

Sed quoniam eorum, quę benè ſtatuta ſunt, quæque ad optimum Eccleſiarum ſtatum maximè pertinent, perpetua, & generalis executio, atque inconcuſſa obſervantia, magnoperè Nobis cordi eſſe debet; neque committendum, ut ullus in poſterum dubiis, & controverſiis additus pateat in hujuſmodi rerum genere, in quo maximum Eccleſiaſticæ diſciplinæ momentum vertitur; idcircò motu proprio, & certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, prædicta Tridentinæ Synodi Decreta, ſingulaſque Apoſtolicas Conſtitutiones, tam à Prædeceſſoribus noſtris, quàm à Nobis in eorumdem Decretorum confirmationem, ampliationem, & extenſionem editas, quoad Epiſcoporum jura, ac debitam ipſis ſubjectionem à Regularibus Animarum Curam perſonarum ſæcularium exercentibus; ut nempè Regulares ipſi, etiam quantumvis exempti, ad hujuſmodi Curam obeundam, ſine prævio Ordinariorum locorum examine, & approbatione, accedere, aut in ea ſe ingerere nequeant, & in iis omnibus, quę ad prædictam Curam quoquomodo pertinere dignoſcuntur, eorumdem Ordinariorum juriſdictioni, viſitationi, & correctioni ſubjaceant; deinceps tam in prædicta Goana, quàm in reliquis Indiarum Orientalium Civitatibus, Diœceſibus, atque Provinciis, locum omninò habere, ac perpetuò, & incommutabilitèr obſervari debere: Decernentes, & declarantes, præſentes noſtras Litteras omnes, & ſingulos Regulares quorumcumque tam Mendicantium, quàm non Mendicantium

garves, (cuya admirable piedad, y zelo de la diſciplina Ecleſiaſtica ſe hicieron patentes en eſte caſo) y de nueſtro amado hijo, y noble Varon el Marquès de Caſtro-Nuevo, Virrey en dichas Regiones, y fiel Miniſtro de ſus Reales Ordenes, exerciò pleniſsimamente, y con arreglo à juſticia, la juriſdiccion, y facultad, que por el Concilio de Trento le eſtaba concedida en lo perteneciente à el examen, y aprobacion de los Religioſos, que fueron diputados en ſu Dioceſis para adminiſtrar, y exercer la Cura de Almas à perſonas Seglares. Num. IX.

Pero por quanto el deſeo de la general, y perpetua execucion, y obſervancia inconcuſa de las coſas, rectamente eſtablecidas, y que en eſpecial ſe dirigen à el mas perfecto eſtado de las Igleſias, deba eſtàr ſiempre impreſſo en nueſtro corazon, y no dàr lugar à que en adelante puedan excitarſe algunas dudas, ò controverſias en eſtas coſas de tanto peſo, y monta al debido cumplimiento de diſciplina Ecleſiaſtica; por tanto, de nueſtra cierta ciencia, motu proprio, y madura deliberacion, y uſando de la plenitud de la poteſtad Apoſtolica, querèmos, eſtablecèmos, y ordenamos, que los citados Decretos del Tridentino Concilio, y qualeſquiera Conſtituciones Apoſtolicas, expedidas, aſsi por nueſtros Predeceſſores, como por Nos, en confirmacion, ampliacion, y eſtenſion de los miſmos Decretos, en lo que toca à el derecho de los Obiſpos, y la ſujecion debida à ellos por los Regulares, que exercen la Cura de Almas de perſonas Seculares, ſe guarden inviolablemente, para que los miſmos Regulares, por mas exempciones, que tengan, no puedan ir à exercer la referida Cura de Almas, ni ſe mezclen en las demàs coſas, que conozcan puedan tocar à ella, ſin el correſpondiente examen, y aprobacion de los Ordinarios de los Lugares, ſujetandoſe tambien à ſu juriſdiccion, correccion, y viſita; debiendo deſde hoy en adelante tener lugar, y obſervarſe perpetuamente, tanto en la dicha Ciudad de Goa, como en las demàs Ciudades, Dioceſis, y Provincias de las Indias Orientales: Determinando, y declarando, que eſtas nueſtras preſentes Letras comprehenden, y ſe dirigen à todos, y cada uno de los Religioſos de qualeſquiera Ordenes Mendicantes, ò no Mendicantes, Militares, aun la de San Juan de Jeruſalèn, Congregaciones, Compañias, y tam-

tium Ordinum, Militiarum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jeſu, & cujuſvis alterius Inſtituti etiam ſpeciali mentione digni, ac neceſſariò, & in individuo exprimendi, ac quibuſvis privilegiis, & exemptionibus ſuffulti, omninò arctare, & afficere, eoſque ad plenam, & integram præmiſſorum obſervantiam fore efficacitèr obligatos.

NUM. IX.

Inſuper eaſdem præſentes, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicumque in præmiſsis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac ſubſtantiali, aut ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliquâ reſultante, aut quocumque alio colore, vel cauſa quantumvis privilegiata, etiam in corpore juris clauſa, ac tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel ad controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversùs eas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, ſive aliud quodcumque facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari poſſe; ſed ipſas ſemper, perpetuoque validas, firmas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: ſicque, & non aliter in præmiſsis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: & ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari, irritum, & inanè decernimus.

Non

tambien la de Jeſus, y de otro qualeſquiera Inſtituto, digno de eſpecial mencion, y de ſer declarado con individualidad, aunque eſtè exornado con diverſos Privilegios, y exempciones; y declaramos, que todos los expreſſados eſtàn eficazmente obligados à la cumplida, y entera obſervancia de lo que queda dicho.

Num. IX.

Y no ſea licito impugnar las preſentes, ni decir de nulidad, pedir ſu revocacion, que ſe reduzcan à los terminos del Derecho, ò la reſtitucion in integrum contra ellas, ni ſe pueda pedir el remedio de apertura de boca, ò otro qualquiera de hecho, gracia, ò juſticia; aunque ſe diga, que los Religioſos Superiores, ò otros qualeſquiera, que tuvieſſen, ò intentaſſen tener intereſſe en dichas Letras, no las conſintieren, ni hayan ſido llamados, ni oìdos: ni puedan uſar en tiempo alguno del preexto de ſubrepcion, obrepcion, vicio de nulidad, defecto de intencion nueſtra, ò otro qualquiera, por grande, impenſado, ò ſubſtancial que ſea, ò por otro qualquier Capitulo, que provenga de hecho, derecho, eſtatuto, ò coſtumbre, ò por otro qualquier color, ò cauſa, por privilegiada que ſea, aun comprehendida en el Cuerpo del Derecho, y tal, que fueſſe neceſſario declararla para la validacion de las preſentes: las quales ſiempre han de permanecer válidas, firmes, y eficaces, y han de ſurtir todos ſus efectos: y aſsi, y no de otra forma, ſe deberà juzgar, y determinar en las coſas arriba citadas, por qualeſquiera Jueces Ordinarios, y Delegados, aunque ſean Auditores de las Cauſas del Palacio Apoſtolico, ò Cardenales de la Santa Romana Igleſia, Legados à Latere, Nuncios de la Silla Apoſtolica, y otros, que gocen de qualquiera autoridad, ò poteſtad, en todas Inſtancias, y Cauſas, apartandoſe, y abſteniendoſe de toda otra qualquiera facultad de juzgar, y interpretar: y ſi ſobre lo dicho, y contra ſu tenor ſe determinaſſe por qualquiera, bien ſea ſabiendo, bien ignorando lo reſuelto en las preſentes, deſde luego lo declaramos por irrito, y nulo.

No obſtante (ſi fuere neceſſario) la regla nueſtra, y de la Cancelaria Apoſtolica de jure quæſito non tollendo, *ni las citadas Letras de nueſtros Predeceſſores San Pio V. y Gregorio XIV. ni las de-*

Num. IX.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancelariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo; necnon memoratis Sancti Pii V. & Gregorii XIV. Prædeceſſorum prædictorum reſpectivè Litteris, cæteriſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, etiam ſpecialiter in favorem quarumcumque perſonarum, atque dictorum Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Societatum, etiam prædictæ Militiæ Sancti Joannis Jeroſolymitani, & cujuſvis alterius Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, ac Monaſteriorum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis, & in Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & Perſonarum, quacumque Eccleſiaſtica, vel Sæculari dignitate fulgentium inſtantiam, ſeu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam conſiſtorialitèr, & aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, & extenſionis, conceſsis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, quoad ea, quæ præſentibus quomodolibet adverſantur, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, ac quævis exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & for-

Num. IX.

demàs Conſtituciones, y Ordenanzas Apoſtolicas, aunque ſean promulgadas en los Concilios generales, y en favor de qualeſquiera perſonas, ò de las dichas Ordenes, aſsi Mendicantes, como no Mendicantes, ò de la Milicia de San Juan de Jeruſalèn, Congregaciones, Compañias, ſin excluìr la de Jeſus, y de otro qualquiera Inſtituto, Monaſterios, Colegios, Caſas, y lugares Religioſos, aunque eſtèn las dichas Letras, ò Privilegios corroborados con juramento, confirmacion Apoſtolica, ò otra firmeza, eſtatutos, coſtumbres inmemoriales, exempciones, Indultos, y Privilegios concedidos por cauſa, ò titulo oneroſo, ò en el principio de fundacion, ò en el Mare magnum, ò Bula de Oro, ò de otra ſuerte nombrados, baxo de qualeſquiera formas, y con todas las derogatorias, y otras eficaces, y no acoſtumbradas clauſulas, aunque ſean irritantes, y otros Decretos concedidos de proprio motu, cierta ciencia, deliberacion, y plenitud de poteſtad, aun ſiendo concedidos à inſtancia, por reſpeto, ò contemplacion del Emperador, Reyes, Reynas, Republicas, y otros Principes, y perſonas conſtituìdas en dignidad Ecleſiaſtica, ò Secular, y aun las conſiſtorialmente concedidas, ò de otro qualquier modo, como por via de comunicacion, y extenſion, y aprobadas, y innovadas repetidas veces. A todas las quales, y en lo que en qualquier modo ſe opongan à las preſentes, de nueſtro proprio motu, ciencia, deliberacion, y plenitud de poteſtad, eſpecial, y expreſſamente derogamos: y ſi para hacerlo en baſtante forma fueſſe neceſſario individua, y eſpecial mencion, ò expreſsion de ellas, ſu forma, y tenor de verbo ad verbum, *y no baſtaſſe la cita por las clauſulas generales; querèmos, y es nueſtra voluntad, que las dichas Letras, y Privilegios, que por las preſentes ſe derogan, ſe tengan por expreſſas, y como ſi eſtuvieran inſertas literalmente, para que en todo lo que no ſe oponga à las preſentes, permanezcan en ſu vigor, y obſervancia.*

Y por quanto ſeria muy dificultoſo, que eſtas Letras originales ſe pudieſſen llevar à todos los Lugares, donde fueſſe neceſſario hacerlas notorias; querèmos, y mandamos, baxo la miſma au-

NUM. IX. ma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et quia difficilè foret præſentes Litteras ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides forſan facienda foret, deferri, etiam volumus, & eadem Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum traſſumptis, etiam impreſsis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in Judicio, & extra, ac ubi opus fuerit, eadem prorſus adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum confirmationis, innovationis, declarationis, ſive extenſionis, & ampliationis, derogationis, voluntatis, ſtatuti, ac decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, ſexto Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno ſexto. D. Cardinalis Paſsioneus. J. Datarius. Viſa de Curia. I. C. Boſchi. L. Eugenius. Loco ✠ Plumbi. Regiſtrata in Secretaria Brevium.

toridad Apoſtolica, que à los traslados de ellas, aunque ſean impreſſos, eſtando firmados de Notario publico, y autorizadas con el ſello de alguna perſona conſtituìda en dignidad Eccleſiaſtica, ſe le dè la miſma fé en Juicio, y fuera de èl, que ſe daria à eſte original, ſi fuera preſentado. Num. IX.

A ningun hombre ſea licito ir contra eſta Bula nueſtra de confirmacion, innovacion, declaracion, extenſion, ampliacion, derogacion, voluntad, eſtatuto, y decreto, ò contravenir à ella con temeridad en manera alguna; y ſi alguno lo preſumiere intentar, ſepa de cierto, que incurrirà en la indignacion de Dios Omnipotente, y de ſus Santos Apoſtoles San Pedro, y San Pablo.

Dado en Roma en Santa Maria la Mayor, año de la Encarnacion del Señor mil ſetecientos quarenta y cinco, à veinte y quatro de Febrero, año ſexto de nueſtro Pontificado. D. Cardenal Paſsionei. S. Datario. Viſta de Curia. I. C. Boſchi. L. Eugenio. Lugar ✠ del Plomo. Regiſtrada. En la Secretarìa de los Breves.